



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 47. Falesia obsidione cincta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1450

lum tormentorum genus secum auferre poterunt. IV. Angli omnes captivos Regi liberos reddent, denique si quos in urbe debitores habeant, solutionem ab eis repetent. His paſtis utrinque firmatis, ac in omnibus plene executioni datis, Prætor claves urbis, ac arcis Conneſtabili tradidit, qui easdem Comiti Dunensi obtulit. Ille enim Regis nomine civitatis hujus Præfectus est nominatus, qui & ſolemni pompa die ſexta Julii Urbem ingressus eſt.

### §. XLVII.

#### *Falesia obſidione cincta.*

Eodem die, quo Rex Cadomum ingrediebatur, Pontonus Santrallius tum machinis, tum ductis aggeribus Falesiam urbem aggreditur, Joanne Burellio Galliæ Thesauri Præfecto tormenta bellica advehente. Sub idem tempus Rex Cadamo relictæ in Abbatia S. Andreæ ſedem fixit, commisitque Alenconio Duci stationem S. Margarithæ, Dunensi autem Comiti Gubracum, dictæ civitatis suburbia, concredidit. Obſeffi resistendo impares die decima Julii petito colloquio deditionem offerebant, Anglis urbem & arcem die vigesima prima ejusdem Memphis Regi reddere pollicentibus, niſi infra hoc tempus ſuppetiis juvarentur. Cum vero

vero Rex Angliae Falesiam urbem Talbo- Sæcul. XV.  
to Duci dono dedisset, illum vero Galli A.C. 1450.  
in arce Drœensi captivum detinerent,  
eo quod Honflorii Præfctus contra Ro-  
thomagense pactum hanc urbem reddere  
reousasset, Galli pro parte sua Talbotum  
libertati restituere sponserunt, Anglis  
quoque concessum, ut tradita urbe in Pa-  
triam suam reverterentur. His condi-  
tionibus utrinque acceptatis Rex Fale-  
siam urbem suo imperio junxit, ejusque  
Præfecturam Santrallio demandavit.

### §. XLVIII.

#### *Cheroburgi obſidio.*

Biduo post, nimirum vigesima tertia Ju- *Domfront.*  
lii die, Rex Donnifrontem urbem cin-  
gi jussit, quæ tamen iisdem, quibus  
Falesia, & Cadomus, conditionibus de-  
ditionem fecit. Porro Anglis unicum in  
tota Normannia supererat Cheroburgum,  
quod validissimum erat oppidum, forti-  
que munitum præſidio. Nihilominus  
Connestabilis omnibus suis tormentis  
rem aggressus, pluribus cuniculis incen-  
sis muros subruebat, tantoque impetu ur-  
bem quatiebat, ut præſidiarii ad dedi-  
tionem compellerentur, quamquam non  
sine Gallorum danno; quippe Cotinius  
Franciæ Admiralis globo æneo ex gran-  
diore tormento excusso, & Tudaldus

T 2                    Trecā-